



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De confirmatione & conuersione stantium, & auersione & lapsu
cadentium. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

DE CONVERSIONE ET CONFIRMATIONE STANTIUM, & AUERSIONE & LAPSU CADENTIUM.

DISTINCT. V.

A

POST HÆC CONSIDERATIO ADDUCIT INQUIRERE, quales effecti sint, dum diuiderentur auersione & conuersione. Post creationē namq; mox quidam conuersi sunt ad creatorem suum, quidam auersi. Conuerſi ad Deum, fuit ei charitate adhzrere: auerti, odio habere vel inuidere. Inuidiē nāque mater est superbia: qua voluerunt se parificare Deo. In cōuerſis quasi in speculo relucere cœpit Dei sapientia, qua illuminati sunt: auersi verò excæcati sunt. Ex illi quidem conuersi sunt & illuminati à Deo gratia appoſita. Iſti vero sunt excæcati non immiſſione malitiæ, ſed deſertione gratiæ, à qua deſerti ſunt non ita quod prius dedita ſubtraheretur, ſed quia nunquam eſt appoſita, vt cōuerterentur. Hęc eſt ergo cōuerſio & auerſio, qua diuiſi ſunt, qui natura boni erāt: vt ſunt alii ſupra illud bonum per iuſtitiam boni, alii illo corrupto per culpam mali. Conuerſio iuſtos fecit, & auerſio iniuſtos. Vtraq; fuit voluntatis, & voluntas vtriuſque libertatis.

Quales facti sunt angeli auerſio nec conuerſione cadentium.

Eſai. 14. d.

De libero arbitrio breuiter tangit docens quid ſit. B

HABEBANT. n. omnes liberum arbitrium, quod eſt libera poteſtas, & habitas volūtatis rationalis. Poterant. n. voluntate eligere quodlibet, & ratione iudicare, id eſt, deſcernere: in quibus conſtat liberum arbitrium: creati ſunt volētes auerti vel conuerſi, ſed habiles ad volendum hoc vel illud, & poſt creationem, ſpontanea voluntate alii elegerunt malum, alii bonum: & ita diſcernit Deus lucem à tenebris, ſicut dicit ſcriptura i. bonos angelos à malis, & lucem appellauit diem, noctem verò tenebras: quia bonos angelos gratia ſua illuminauit, malos verò excæcauit.

Geneſ. 1. 5.

V 4

Poſt